



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 2. Protestantium responsio ad Cæsaris diploma.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

contra me concitarunt, atque ad op-  
 primendam publicam quietem promi-  
 scue erga omnes promiscuam violenti-  
 am, ac tyrannidem exercent.

Sæc. XVI.  
 A.C. 1546.

## §. II.

*Protestantium responsio ad Cæsaris diploma.*

Paulo post Protestantes pro parte sua  
 pariter scriptum ediderunt, obje-  
 ctæque probra diluere conantes hæc  
 proponebant: Haud obscure cognosci-  
 mus, Religionis causa hoc bellum sus-  
 cipi, hancque ob rem Cæsarem inter  
 & Papam fœdus fuisse initum. „ Equi-  
 „ dem ex publicis Caroli literis perce-  
 „ pimus, quod ad castigandos quosdam  
 „ rebelles, aliosque perfidos istis ad-  
 „ hærentes arma paret; scire tamen  
 „ desideramus, quinam sint hi rebelles,  
 „ ut & nos vires nostras Cæsareis jun-  
 „ gere, nostramque opem ad eos ple-  
 „ ctendos adjicere possimus: si vero  
 „ Cæsar hosce belli apparatus contra  
 „ nos adornat, innocentiam nostram  
 „ vindicare, atque ostendere parati su-  
 „ mus, quod nec in Cæsarem nec in  
 „ Imperium quicquam deliquerimus. „  
 His addebant: „ Quamvis Imperator  
 „ testetur, quod hoc bellum nullatenus  
 „ Reli-

*Sleid. l. 17.  
 p. 597, &  
 seq.*

A 2

„Reli-

Sæcul. XVI. „ Religionis caussa ad vim aliorum con-  
A.C. 1546. „ scientiis inferendam instruat, Ferdi-  
 „ nandus tamen, Granvellanus, & Na-  
 „ vius, alique Ministri fassi sunt, quod  
 „ Cæsar Concilii contemptum ulcisci  
 „ statuerit, cujus rei testis est Pontifi-  
 „ cis sententia contra Electorem Colo-  
 „ niensem lata. Denique Cæsari non licet  
 „ vim ullam facere Protestantibus, qui  
 „ officii sui partes explent, ac Religio-  
 „ nem suam totis viribus etiam cum  
 „ dispendio vitæ tueri satagunt. „ Post  
 hæc Protestantes ne solum intra ver-  
 borum minas sistere viderentur, intra  
 exiguum temporis spatium tam validas  
 contraxerunt copias, ut ipso Cæsare  
 armorum potentia superiores evaderent,  
 sui que exercitus robore inflati, quem-  
 dam Lutheri Sectatorem in Cæsarem  
 eligendi, ac Religionem Catholicam  
 penitus ex Imperio eliminandi consilium  
 caperent (\*).

## §. III.

(\*) Arrogans Protestantium consilium Sleidanus ipse l. c. his verbis exponere non erubescit, *confidimus, inquit illi, ad futurum esse Deum veritati contra mendacium, & in hac sua caussa, belli summum Imperatorem atque signiferum esse futurum adversus nefaria consilia Pontificis: ei videlicet rem omnem commendamus,*